

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae X.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543-p0033-1](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543-p0033-1)

EPISTOLAE X.

ARGVMENTVM.

Quid C. Cassius, quid rex Deiotarus de Parthorum transitu scripserint, qui ex eo sermones excitati, quae de Cassio suspicio, significat. Subiungit de republica, quae putet actum iri anno sequenti. Concludit epistolam officio suo; cum se praestaturum promittat, ne quid ei temporis in prouinciuali munere prorogetur.

EXPLANATIO.

C. Cassii] Quaestoris M. Crassi, a Parthis interfecti: qui reliquias exercitus Antiochiam relluxerat. lib. 2. epist. 10. Cassius nosse feliciter ab Antiochia hostem receperat. Et lib. 5. ad Attic. epist. 18. Parthi, inquit, Euphraten transferunt duce Pacoro, Orodi, regis Parthorum, filio, cunctis fere copiis. Vibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius in opido Antiochiae cum omni exercitu. Et epist. 20. eiusdem libri: Rumore aduentus nostri, et Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit, et Parthis timor injectus est. itaque eos, cedentes ab opido, Cassius infecutus, rem bene gessit. qua in fuga, magna auctoritate Osaces, dux Parthorum, vulnus accepit, coque interiit paucis post diebus. De hac victoria significatur in lib. 15. epist. 4. accedit Velleius lib. 2. c. 46. Iustinus lib. 42. c. 4.

Deiotari] Gallograeciae regis; qui amicitiam ac societatem populi Romani, quam diu vixit, studioissime coluit; in hoc autem Parthico tumultu cum omnibus suis copiis ad Ciceronem accessit. lib. 5. ad Attic. epist. 2. et lib. 6. epist. 1.

Euphraten] Terminum imperii Romani.

P r Commagenem] Asiae regionem, quam Euphrates interfuit.

lib. 15. epist. 1. Regis Antiochi Commageni legati primi mihi nuntiabant, Parthorum magnas copias Euphraten transire coepisse. Et in eodem libro epist. 3. 4.

Prouinciā nostram] Nam Commagene non erat populi Romani, sed regis Antiochi. Syriam significat: quod ex lib. 15. epist. 1. et lib. 5. ad Attic. epist. 18. cognoscitur.

Quam paratus ab exercitu] Quam, non augeat hic, sed minuit: ut paullo post: Sin autem aut non erit istic bellum, aut tantum erit, ut vos, aut successores, paruis additis copiis, sustinere possint. Et lib. 1. epist. 7. Ea, quae scripta est, auctoritas, cui scis interest esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur. Dixit igitur, quam paratus, pro, quam male paratus. quod offendit sequentibus verbis, si paratior ab exercitu esses. Sic locutus Plancus lib. 10. epist. 8. Cum deum benignitate ab omni re sumus paratiores. Et Cicero lib. 15. epist. 4. Adulescens et equitatu, et peditatu, et pecunia paratus.

Si paratior ab exercitu esses] Fretus enim exercitu, cum Parthis proelium committeres.

Necessi-

Necessitas] Tua, recedendi, ob exiguitatem copiarum.

Pompeium] Qui erat ad urbem cum imperio, decreta illi in quinquennium utraque Hispania.

Mittendum] Ad bellum Parthicum.

Ab urbe non remouendum] Ut esset reipublicae praesidio. hoc sentiebant ii, quibus iam tum suspecta erat Caesaris potentia. itaque Cicero, cum audiisset Pompeium in Hispaniam iturum, scripsit ad Appium his verbis lib. 3. epist. 8. *Tu velim ad me quam saepissime, et de tuis rebus scribas, et de meis, et de omni reipublicae statu. de quo sum sollicitus eo magis, quod ex tuis litteris cognoui, Pompeium nostrum in Hispaniam iturum.*

Caesarem] Qui bellum in Gallia gerebat.

Consules] Huius anni, M. Marcellum et Ser. Sulpicium.

Ex senatus consulto] Nemo putat, priuatos ad bellum Parthicum ex senatus consulto tantum esse mittendos, verum rogationem ad populum ferendam esse: sicuti lata erat antea de belli Mithridatici cura priuato Pompeio demandanda. exstat pro ea lege, quam Manilius tribunus plebis tulit, Ciceronis oratio. Priuatos opposuit Pompeio et Caesari, qui extra urbem imperium habebant, et consulibus, qui in urbe.

Ne illud senatus consultum fiat] Quod interdum, in tumultu bellico, fieri solitum est.

Ut paludati exeant] Non tam ipsi, quam alii fortasse, quibus Parthicum bellum senatus mandandum decerneret. hanc sententiam quae proxime sequuntur verba confir-

mant. *Paludamentum* vestis dum in bello, et ad bellum ex urbe proficiscentium. lib. 15. epist. 17. vide Festum.

Contumeliase] Effet enim eorum contumelia, si ad bellum ire nolent, et ad alium res transferretur.

Sine negligentia, siue inertia est] Distinguit, ut diuersa. *negligentia* enim voluntatis est, *inertia* etiam inscientiae: vnde illud lib. 12. epist. 20. *Quodsi, ut es, cessabis, lassissim: nec tua ignavia etiam inertiam afferet.*

In eam opinionem] Male enim audiebat auaritiae nomine. Plutarchus in Bruto.

Arabas] Qui cum essent finitimi, nonnumquam in populi Romani provinciam impetum facere soliti sunt. lib. 3. epist. 8. *De Parthis quod quaeris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt, admissio Parthico ornatu, dicuntur omnes reuertisse.*

Velificatus] Assentando gratificatus. ut enim vela navium ad ventorum adspirationes aptantur, sic orationem saepe nostram ad aliorum voluntatem accommodamus.

Alicui] Cassio: cuius litteras, caue, gratiae causa tuarum litterarum testimonio confirmes.

R ferret] Reipublicae.

Reptuisset] Quod si faceres, nec dignitati tuae, nec reipublicae confuleres.

Ante Kal. Iun.] Quo die noui contules, initio magistraturae, de re publica referent.

Nosti Marcellum, quam tardus] Sic locutus lib. 4. epist. 1. *Rem vides, quo modo se habeat.*

Haec caussa] Deliberabitur, quis ad Parthicum bellum eat.

Tantum eris] Eiusmodi erit. nam hic, *tantum*, minuendi vim habet, non augendi. vide lib. 1. epist. 7. *tantam vim habet.*

lactaturum] Cum inierit magistratum. nunc enim erat designatus tribunus plebis.

Paullus] Consul designatus.

De prouincia] Caesaris, quam omnino ei adimendam disclitabat. nondum scilicet a Caesare MD talenta, quibus additus est, acceperat.

Occursurus] Intercedet enim senatus consulto. tribunus plebis erat: quod ex lib. 5. ad Attic. epist. 18. liquet. ad hunc sunt epistolae duae (25. 26.) lib. 10.

Plures] Accessit Curio, ingenti mercede a Caesare corruptus: quo nemo pro Caesaris causa stetit audacius.

Fines hos] Quos ostendi. scripsit enim proxime de Parthico bello, de consule Paulo, tribunus plebis Curione et Furnio.

Ad actiones] Ad actiones Curionis hoc addo, de agro Campano. praeter cetera, Curio illud aget sequenti anno, ut ager Campanus, ante Caesaris aduentum, ex ipsius Caesaris lege diuidatur. qua de re satis copiose dictum est lib. 1. epist. 9. ad eum locum: *Vt de agro Campano, frequenti senatu, Idibus Maiis referretur.*

Laborare] Diuidatur, nec ne.

Valde nolle] Non placet, a verbo, *negant*, pendere verbum *nolle*. durius enim videtur, *negant Pompeium valde nolle*: pro, *Pompeium aiunt valde velle*. Libentius interpretor: Pompeium aiunt valde nolle: id est, nolle diuisionem

omitti; ne, si non diuidatur, vacuus aduenienti Caesari pateat, et ab eo vel ipsius militibus, vel plebi diuidatur. Nam, quod ex verbo, *negant*, affirmationem elicio; nouum non est. consideretur illud lib. 7. ad Attic. epist. 15. *Plerique negant, Caesarem in condicione mansurum; postulataque haec ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur.* Et illud lib. 12. epist. 30. ad Cornificium: *Noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere.* Sed est apud me vetus liber, a quo, *nolle*, abest: nec displicet: fiet enim haec sententia: *Negant Caesarem laborare, Pompeium autem valde: ut ex eodem verbo, negant*, primum negatio, deinde etiam educatur affirmatio. Cupisse autem Pompeium diuidi statim agrum Campanum, satis intelligitur ex sequentibus verbis, *ne vacuus aduenienti Caesari pateat*. diuisoribus enim gratiae plurimum acquirebatur apud eos, qui possessuri erant.

Prorogetur] Ut annua tantum prouinciae sit administratio. quod ab eo Cicero petierat lib. 2. epist. 7. 8. 10.

Tui consilii est] Tu statue, quid agendum tibi sit, velisne in prouincia remanere, an, finito anno, discedere contra senatus voluntatem.

Tempus] Propter bellum Parthicum: quo vigente, discedendum non videtur ante, quam succedatur. Lib. 2. epist. 17. *Quin ad diem decedam, nulla causa est, praesertim sublato metu Parthico.*

Senatus] Facto senatus consulto de proroganda prouincia: quod Cicero timebat. de biennio quidem